xl.

M.

Lectulus noster floridus
tigna domorum nostrarum
cedrina, laquearia no
stra cypressina. Epithalamium
canit cubile et thalamos pulchro
sermone describens. Sponsum in
vitat ad requiem. Hoc est enim
melius quiescere et cum Christo esse. Ne
cessarium autem exire ad lucra propter
salvandos. Verum nunc opportunitate
ut putat inventa ornatum monstrat
thalamum, lectulumque digito mon
strans, dilectum ut dixi invitat ad
requiem, et cum euntibus in Emmaus
cordis ardorem non sustinens, ad
mentis pertrahit hospitium, seu
pernoctare compellit, et cum Pe
tro loquitur: Domine bonum est nos hic
esse. Tum quid spiritualiter ista con
L. tineant requiramus. Et in ecclesia
quidem lectum in quo quiescitur
claustra existimo esse et monasteria,
in quibus quiete a curis vivi
tur seculi et sollicitudinibus vite. Atque
is lectulus floridus demonstratur,
cum exemplis et institutis pa
trum, tamquam quibusdam bene
olentibus respersa floribus, fratrum
conversatio et vita refulget. Por
ro domos populares conventus in
tellige christianorum, quos hii qui
in sublimitate positi sunt christianam
utique utriusque ordinis principes,
quasi tigna parietes iustis imponite

legibus fortiter stringunt, ne sua
quisque lege vel voluntate vivens,
tamquam inclinati parietes et ma
cerie depulse dissideat a semet
ipsis et omnis structura edi
ficii corruens dissipetur. Laq
uearia ergo que a tignis firmi
ter pendent, et domos insigniter
ornant, puto bene instituti clerici
mansuetos et disciplinatos mo
res, riteque administrata officia
designare. Quo namque stabunt
ordines clericorum et administra
tiones eorum, si non principum tamquam
tignorum beneficio et munificentia
sustententur et protegantur? Pote
st autem tigna cedrina et cypres m
sina laquearia describuntur, natura
absque dubio habet in his rebus
lignorum, quod conveniat prefatis
ordinibus. Est cedrus quidem quam
imputrabile est, necnon et odori
ferum, alteque proceritatis lig
natis indicat quales oporteat
assumi viros in vices tignorum.
Ergo validos et constantes necesse
est esse eos qui super alios or
dinantur, necnon et longanimes
in spe atque in superna mentis verti
cem attollentes, qui etiam boni
fidei sue et conversationis ubique
odorem spargentes, dicere cum
apostolo possint: Christi enim bonus odor
. s. d. in. o. l. Cypressus item boni

135